Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nissimam. Adhuc viuente me et
ingrediente me nobiscum semper
contentiose estis contra dominum
Quanto magis cum mortuus fu
ero. Congregate ad me omnes ma
iores natu tribus vestris atque doc
tores et loquar audientibus eis
sermones istos et in vocabo contes
tes celum et terram. Novi enim quod
post mortem meam iniquo agetis
et declinabitis cito de via quam pre
cepi vobis. Et occurrent vobis ma
la in extremo tempore quando feceris
malum in conspectu domini ut ir
ritetis eum opere manuum vestra
rum. Locutus est ergo moyses
audiente vniuerso cetu israel verba
carminis huius et ad finem usque
complevit. XXXII.

Audite celi que loquor. au
diat terra verba oris mei
Concrescat in pluuia doc
trina mea. fluat ut ros eloquium
meum. quasi imber super herbam
et quasi stille super gramina que no
men domini invocabo. Date ma
gnificentiam deo nostro. dei perfecta sunt
opera. et omnes vie eius iudicia.
Deus fidelis et absque vlla iniqui
tate iustus et rectus perhibebunt ei
et non filii eius maledictis. Gyrac
prauia atque peruersa hecaine reddis
domino pro stulte et insipiens.
Nunquid non ipse est pater tuus
qui possedit te fecit et creauit te
Memento dierum antiquorum
cogita generationes singulas. Interroga patrem tuum et an
nuntiabit tibi maiores tuos et dicet
tibi. Quando diuidebat altissimus
gentes. quando separabat filios ada
Constituit terminos populorum. in
numeri filiorum israel. pars autem
domini populus eius iacob funiculus
hereditatis eius. Inuenit eum in
terra deserta in loco horroris et vaste
solitudinis. Circumduxit eum et
docuit et custodiuit quasi pupillam
oculi sui. Sicut aquila prouocans
ad volandum pullos suos et super
eos volitans. Expandit alas su
as et assumpsit eum atque portauit
in humeris suis. Dominus dux ei
eius fuit et non erat cum eo alienus
deus. Constituit eum super excelsam
terram ut comederet fructus agrorum
vt sugeret mel de petra. oleum de
de saxo durissimo. Butyrum de ar
mento et lac de ouibus cum adipe
agnorum et arietum filiorum basan
Et hircos cum medulla tritici et
sanguinem vue bibebat merum.
Incrassatus dilectus et recalcitrauit
incrassatus impinguatus dilata
tus. Deliquit deum factorem suum
et recessit a deo salutari suo. pro
vocauerunt eum in diis alienis et
in abhominationibus ad iracundiam con
citauerunt. Immolauerunt demonis
et non deo. dis quos ignorabant
Novi recentes atque venerunt quos
non coluerunt patres eorum. De
um qui te genuit dereliquisti et
oblitus es domini creatoris tui. vi
dit dominus et ad iracundiam con
citatus est quia prouocauerunt eum
filii et filie. Et ait. abscondam fa
ciem meam ab eis et considerabo
novissima eorum. Generatio enim
peruersa est et infideles filii. Ipsi